et quicquid illud est quod infirmitas nostra de te petere non plu-
mit aut non scit id ei domine pro uirtute tua tribue. quod animas
nostras saluet a morte. et exeuntibus nobis ex hoc chaos tenebrarum. ex-
manum porrigas. et lumen ostendas. et clamemus. et de dei misericordia non de-
speremus. quia desperatio certa mors est. Quod si monachus
peccasti. ergo miser monachus es. tamen monachus es. nullatenus
licet nobis mutare propositum. sed in penitentie locum redire. Ista in mo-
nasterio quicquid sunt seruorum dei. quicquid fecerunt. sine
propter usus necessarios sed propter ornatus causam uel decoris alicui ea-
iussione seniorum seniorum corripiantur. quia et per hoc uicium ani-
mas egrotare cernimus. qui induuntur aut calciantur non usu
sed decoris causa uult hominibus placere. Deus autem manifestis-
sime declarauit. Omnis inquit arbor ex fructibus cognoscitur
et non omnis qui dicit mihi domine domine intrabit in regnum celorum. sed
quicumque fecerit uoluntatem patris mei qui in celis est.
ipse intrabit in regnum celorum. Item eiusdem unde supra

D ~~[illegible]~~ tribulationes multipli-
ces quibusdam insinuantibus te sustinere cognoui. Cuius rei
causa tantum si egre feras doleo quantum gratulor si
libenter accipias. In hoc enim nobis ostenditur fidelis timor cer-
tius amor manifestatur. si obprobriis et contemptionibus pro suo nos
gestant nomine subiugemur. et hoc nobis non contrarium debet
esse sed gratum. pro eo uel parua perpeti. qui maiora pro nostra salute
perpessus est. presertim. cum sciamus regnum celorum non sine uariis
temptationibus adipisci. ut scriptum est. oportet nos per multas tri-
bulationes quibusdam celestis regni aditus aperitur illis utique clauditur
qui nolunt sustinere uel pauca. Oportet ergo nos diuersa temptati-
onum genera. et tribulationes equanimiter perpeti. per quas celesti-
a regna promittitur aperiri. Beatus apostolus Iacobus nos hortatur et monet
quales esse in tribulationibus debeamus. cum dicit. Omne gaudium exi-
stimate fratres mei. cum in temptationes uarias incideritis. Unum
satis preposterum est. atque contrarium. nos huiusmodi rebus mesticia
aliqua fatigari in quibus gaudium potius iubemur habere quam

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG

BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_295/0156

MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG